

» provideatur. Ideoque declaratur sibi deliberatum et captum esse  
 » per prefatum Consilium cum additione; quod deponatur a du-  
 » catu et teneatur recedere ex palatio infra dies octo proximos.  
 » Declarectur tamen sibi, quod habebit singulo anno ab officio  
 » nostro salis duc. mille quingentos auri in vita sua, de pecuniis  
 » spectantibus nostro dominio, qui sibi dentur singulo mense per  
 » ratam. Et ultra hoc si quid habere restat de salario suo usque  
 » in presentem diem, per ipsum officium sibi solvetur in mensi-  
 » bus sex per ratam, sicuti et sue Excellentie oblatum fuit.

» Verum ex nunc captum sit, quod si idem princeps non obe-  
 » diret huic deliberationi nostre infra terminum antedictum, omnia  
 » bona sua confiscentur et perveniant in nostrum dominium et ni-  
 » hilominus remaneat privatus.

» Preterea etiam captum sit quod in facto electionis novi prin-  
 » cipis procedatur per viam majoris Consilii, juxta modos et con-  
 » suetudines solitas.

» De parte . . . . . 28

» De non . . . . . 5

» Non sinceri . . . . . 5.

Qui per pochi istanti interrompo la narrazione del manoscritto,  
 volendo inserirvi altre deliberazioni dello stesso Consiglio dei dieci,  
 prese su questo argomento e registrate in seguito alla surriferita.

• Die XXII. octobr. cum additione.

» Quod auctoritate hujus Consilii cum additione ordinetur et  
 » captum sit, quod nemo possit procurare ducatum nec rogari fa-  
 » cere aliquem pro dicta electione sub penis contentis in parte  
 » capta in isto Consilio super precibus non fiendis pro officiis et  
 » regiminibus. Quam partem de precibus Capita hujus Consilii et  
 » advocatores communis, etiam in ista electione ducis teneantur  
 » observare et facere observari, ut dicta electio ducis fiat per